VIII. Ut ἀφεγαροζίαν[a] fideliter administret. A. 31. & in seqq. usq ad A 35.

IX. Ut secundum allegata & probata[b] pronunciet, ab actis non recedendo. A. 39. dist. 1.

Justinianus Imp. inquit:[c] Optamus ergo, ut eos judices nri, rerum veritatem & timorem Dei, & nram adhibentes, sic suas administrationes gubernare studeant: ut nullus eorum, aut cupiditati sit deditus, aut violentias aliquas, vel ipse inferat, vel judicib. aut officijs eorum, aut quibuscunq alijs collateralib. inferre permittat. Et paul' post. Ergo jubemus violentias & omnem avaritiam cessare, & jam alq veritatem circa nros tributarios servari. Sic n. & Deus placatur & ipsi possunt celerius relevari ac florere. Cum his consonat & nrum jus Prag. sub lit. A. 35.

Actor est is,[d] qui ad judicium provocavit. A. 44. dist. 1.

In eo requiruntur:

I. Ut judicem competentem adeat,[e] eumq de citando Reo,[f] compellat. A 45. dist. 1.

II. Libellum accusatorium secundum fori consuetudinem & contra reum coram judice edat.[g] A. 45. dist. 3.

a l. studeant b. C. de off. pf. urb. & l. ult. § cum patronus. ff. de offic. pf. urb. vers. cura carnis.

b. l. illicitas. § veritas. ff. de offic. psid.

c in l. quas gratias. § optamus. C. de off. pfec. ptor. Aphric.

d. l. in trib. ff. de judic.

e. l. si quis. C. de offic. civil. judic. & l. jubemus. 37. § ors. C. de episc. & Cler.

f § ult. Inst. de pœna temere litig.

g l. minime ff. de U.

h auth. offeratur. C. de lit. cont.